



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

8. De Cæremoniis sacris & in specie de ritibus Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Christi & praxi Ecclesiæ: Cum enim in Ecclesia inauditum sit, ut plures ministri concurrant ad baptizandum, credibile est, formam verborum eum sensum habere, quem omnes etiam conuenienter accipiunt: Ego te baptizo, id est, ego, tanquam Dei & Christi instrumentum per hanc sensibilem actionem absolute ibi confero sacramentum baptismi. Hoc autem ita impliciter verum non esset, si plures ministri, ut causæ partientes, siue cum mutua inter se essentiali dependentia baptizarent, quia singuli non efficerent sacramentum, nisi secundum quid, ideoque absolute non baptizarent, sed cobaptizarent; Qui discursus etiam ad alia sacramenta applicari potest.

Ad valorem sacramenti satis est, si materia & forma moraliter, videlicet secundum humanum agendi & loquendi more concurrant actio ministri, & proxima materia videlicet ablutio, uinctio, sicuti in simili verè dicere censemur. Ego bibo, qui poculum in manum capit, statim illud ori applicaturus bibendicula; Neque enim credibile est, quod Christus sacramenta ad moralem hominum visum accommodata, metaphysico rigore abstringere voluerit.

C A P. VIII.

De Cæremoniis sacris & in specie tribus
circa baptismum.

Cæremonia est actus externus hominis ad Deum concernendū accommodatus ut genuflexio, crucis forma. Cæremoniæ sacræ apud Christianum populū usitate, partim à Christo institutesunt, videlicet eæ que ad substantiam sacramotorum pertinent; partim ab Ecclesia, Deoque gratae eti præceptum diuinum non accepimus, ut videre in exemplo S. Mariæ Magdalæ.

Magdalena quo ad abstersionem, capillorum, ala-
bastrum & effusionem super caput Christi.

2. Cæmoniæ sacræ maximam utilitatem in Eccle-
sia habent, augmentum deuotionis, conserua-
tionem fidei, doctrinæ, videlicet ex festorum annua ce-
lebratione, mysteriorum Christi intelligentiam per-
cipimus ex crucis, aquæ benedictæ & similium re-
rum vñu, crucifixi virtutem aduersus dæmonis ma-
chinationem agnoscimus.
3. Hæreticorum proprium est, sacras ceremonias
contemnere, & abolere, vnde sacrilegi censendi;
Impiè quippe contemnitur, sine quo non potest
perfici pietas ait S. Augustinus; sed sine factis cere-
moniis pietas perfici non potest; siq[ue] in experi-
entia constat, hominum mentes viliis externis acti-
bus Religionis, cœlestium æstimationem conce-
re ac plurimum commoueri ad pietatem.
4. Cæmonias & ritus ab Ecclesia institutos omi-
ttere aut mutare est peccatum mortale contra virtu-
tem religionis ob leuitatem materiae, veniale. NB.
Cauere debent Parochi ne insolitis cæmoniis &
ineptis gesticulationibus, indecoroque cantu rem
diuinam cum scandalo populi dehonestent.
5. Cæmoniæ, quæ legitimam originem & autho-
ritatem ab Ecclesia non habent, tollendæ sunt. Cæ-
moniæ sacræ appellantur sacramentalia quia ple-
ræque ab Ecclesia institutæ sunt ad maiorem omo-
rum, & decentem venerationem sacramentorum
aut sacrificii.
6. Ceremoniæ aliæ antecedunt baptismum, aliæ
comitantur, aliæ sequuntur.
7. Catechumeni olim alii cōpetentes & electi dice-
bantur vtpote desiderantes baptismum, alii audi-
entes,

entes, nec dum petentes, sed solum admitteban-
tur ad explicationem Euangelii. Inter antecedentes
ceremonias numerantur, nominis datio, consecra-
tio baptisimi, trina dæmonis exsuffratio.

Exorcismi adhibentur ante baptismum, ut homi- 8
nem diabolus infestare desinat, est enim homo ab o-
rigine ante baptismum magis obnoxius infestatio-
ni diaboli: Alia cæremonia est salis gustatio ad signi-
ficandam expurgationem à putredine peccati. Alia sali-
gantes & nares baptizandi tangens, aures quidē ut
eas homo aperiat ad sermones Christi; nares autē,
vibonū odorem capiant pietatis æternæ: Alia cære-
monia est abrenunciatio Sathanæ: Alia, oleū bene-
dictū, fidei professio. Inter cæremonias, quæ ipsum
baptismum comitantur primo numeratur, quod sa-
cramentū istud ordinarie ministrari nō debet extra
necessitatem, nisi in loco sacro seu baptisterio; Excipi-
untur I. Principum liberi. II. Affusio aquæ trina
vel vna. III. Patrinorum adhibitio responden-
tium pro baptizando. Cæremoniae sequentes bap-
tismum sunt vncio chrismatis in vertice baptizati.

Chrismatio in fronte à solis Episcopis fieri potest: 9
Alia cæremonia est vestis candida, cereus accensus,
lactis & mellis degustatio sed abolita.

Si propter casum necessitatis cæremoniae in pri- 10
mo baptismo omisæ fuerint, postea in Ecclesia sup-
pleri debent, idque etiam intelligi debet de exor-
cismis.

NB. In homine apud hæreticos baptizato pos-
sunt suppleri cæremoniae, sed non est moris, ne for-
tasse studis populus existimari possit, nos hæretico-
rum baptisma, debitâ formâ collatum, tanquam mi-
nus validum improbare.

Qqq CAP.